



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Separatio à corpore Christi, maximè timenda est. tit. 202

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

472 SVMMA DOCTR. CHRIST.

fratrem suum, homicida est, scilicet, sui ipsius. Omnia illa quae laudantur in Ecclesia, ut inquit Augustinus tracta. 13. in Ioannem, Fides, sacramenta, sciencia, &c. nihil prosunt in schismaticis, quia concidunt unitatem, & charitatis tunicam lacerant, quantumque crucifixores scindere noluerunt, Ioan. 19. Non ergo concordant cum Christo, &cæt.

SEPARATIO A CORPORE
Christi, maximè timenda est.

TITVLVS CCIL



VGVSTINV S tractatu 27. super Ioannem: Nihil enim formidare sic debet Christianus, quam separari à corpore Christi. Qui enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius: Si non est membrum eius, non vivificatur à spiritus sancto. Ut enim corpus vivit de anima, sic anima vivificatur à spiritu sancto. Vis igitur esse & habere spiritu sanctum est primum membrum corporis Christi. Manete, inquit Christus, in me, & ego in vobis, & iterum: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: id est, ille habebit vitam æternam. Multi accesserunt ad Christum, sed non manserunt in eo. Recedunt Capernaïtæ, Ioan. 6. à Christo, recedunt à fidei unitate Philosophus & Hermogenes, & omnes qui sunt in Asia, 2. Timoth. 1. Recessuros à fide quosdam in nouissimis diebus prædictit Paulus. 1. Timot. 4. id quodiam certimus impletum. Vbi Hierosolyma, Corinthus, Ephesus, Galatæ, tota Graecia, &cæt? Separarunt enim se à corpore Christi, id est, unitate Catholica. Et licet se presumant habere fidem Turcicam, & dicant quid illa sit vera, non credimus illis. Nam sola una fides est, Ephes. 4. Qui ergo separatur à corpore Christi, non habet spiritum sanctum, Iudæ 1. Et qui non habet spiritum Christi, hic non est eius. Roma. 8. Qui non est eius,

ius, non saluatur. Ioan. 15. Si quis in me non manse-
rit, mittetur foras & arescet, &cæt. Ergo maximè ti-
menda est separatio à corpore Christi. Tolerabilius es-
t si non fuisse Christianum, quam in fide esse sectariū,
scit Christus dicit Ioann. 9. Si cæci essetis, non habe-
retis peccatum damnable: nunc autem dicitis vos vi-
dentes, & tamen non esatis. Ideò non habebitis excu-
sationem &cæt. Sic est cum sectarijs, qui volunt esse
isti, immò sanctiores Catholicis, & tamen deficiat
ab uitate fidei.

Secundò inquis: Quid separat à corpore Christi?
Respon. Hæresis, qua quis sibi eligit specialem opini-
onem, & pertinaciter defendit, & frangit unitatem
& charitatem Catholicā. Sic primò vnlusquisq; semet
separat à corpore Christi. A tali igitur cauere iubet
scriptura. 2. Thes. 3. Quod si quis non obediērit verbo
nostro, per Epistolam hunc notate, & nō commiscea-
minicū illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimi-
cum existimare, sed corripite vñ fratrem, &cæt. & 2.
Ioann. 1. Nolite recipere eum in domum, nec aue dix-
eritis ei. Qui enim dicit ei Ave, communicat operi-
bus eius malignis. Tit. 3. Hæreticum hominem post
vniam, &cæt. deuita, quia subuersus est apud seipsum,
& delinquit, id est, peccat in Christum caput, & eius
corpus, id est, Ecclesiam, Tertiò, Et proprio iudicio,
id est, proprio opere & peccato damnatus. Nemo
cum condemnat & separat, sed seipsum condemnat.
Sic separant se etiam impenitentes peccatores, de qui
bus: Cor. 5. Apostolus loquitur.

Tertiò dices: Nullus hæreticus vult esse separatus
ab Ecclesia, nec se talem reputat. Respondeo: potestas
vobis denunciat illum scelere separasse per falsam do-
ctrinam, ac punit & tenet pro tali. Potestas, inquam,
post vnam aut alteram admonitionem. Si enim per-
git, dicit Ecclesiæ. Sic Papa per excommunicationē,
& Imperator per Bannum separant. Et ideo nos cer-
tificamur

474 SVMMA DOCTR. CHRIST.

tificamur per potestatem, eos tales fore, non obstat, quod ipsi tales esse nolunt. Nulla adultera vulnus meretrix & lapidari, cum tamen propria conscientia scit se esse talem, &cæt.

Ad hoc igitur intendere oportet, qualemque Ecclesia catholica esse iudicet, nō ad hoc, qualem semetipsum quisque esse opinatur aut iactat. Nam sic nullus ab initio Ecclesiae voluit esse Hæreticus, Christus. 18. inquit. Qui ecclesiam non audierit, &c. Non inquit, Audies quemquam sese prædicantem, &c. Timēda est igitur hæc separatio à corpore Christi, id est, Ecclesiae Catholice unitate. Nam talis enim caret promissis Ecclesiæ, ut Cyprianus dicit, &cæt. Ecclesia habet potestatem probandi spiritus, 1. Ioan. 4. denunciandi errores & hæresim, Matthæi, 18. Dic ecclesia, sed nō curat sectæ. Esto, prædictum est per Iudam, quod blasphematores maiestatis venient &c. Et in obedientes, 2. Timoth. 3.

QVIS HABEAT SPIRITVM
Christi, id est, spiritum sanctum.

TITVLVS CCIII.

APOSTOLVS Roma. 8 inquit: Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius, id est, non pertinet ad Christum. Nam qui secundum carnem ambulant, vivunt & perficiunt opera eius, Deo placere non possunt: Sunt enim tales solum animales homines, nihil de virtutibus spiritus sancti percipientes, 1. Corinthio. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus: id est, solum agit, vivit secundum motus carnis, & illius opera facit, Galat. 5. Non autem facit secundum motus & fructus spiritus, id est, non habet charitatem, fidem, timorem, castitatem, &c. id est, talis non est Christi, neque regnum Dei possidebit. Secundum